

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses**

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmando ...

In Acta Apostolorum to. primus

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

24. Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39424**

alicuius Episcopus dici semper soleat; tam  
men Caluinus siue ex negligentia crassissi-  
ma, siue pessimo suo stomacho indulgere  
volens, maluit aut crasse inscitiae aut affe-  
ctatae maletiolae. i.e. notari, quam minimam  
quamlibet aduersus Papam debacchandi  
occasione prætermittere. Atqui D. Iaco-  
bum non Apostolorum sed Hierosolymo-  
rum Episcopum ab ipso Petro Apostolo  
designatum & ordinatum fuisse affirmat  
D. Chrysostomus: *Si quis (inquit) à me per-*  
Hom. 87.  
in Ioanna.  
*contaretur quomodo Iacobus sedem Hierosolymita-*  
*nam accepit, responderem ego, hunc totius orbis ma-*  
*gistrum Petrum proposuisse.* A tribus autem  
Apostolis consecratum & initiatum eum  
fuisse, Petro, Ioanne, & altero Iacobo eius Clem. lib.  
6. hypoty-  
pocon.  
fratre, post Clementem Alexandrinum scri-  
bit Eusebius, tum in Chronicis, tum in Hi-  
storia Ecclesiastica. Idem quoque ante vtrum-  
que annotauit Anacletus post Petrum ter-  
Hister.  
Eccles. 1.2  
Epist. 1.  
decret.  
tius Romanus Pontifex.

24. *Quoniam audivimus quia quidam ex nobis*  
*excuntes turbaverunt vos verbis, exortentes*  
*animas vestras, quibus non mandauimus.*

**I**N hoc decreto & literis istis Apostolicis  
multa necessariò obseruanda & explican-  
da sunt. Ac primum hæc verba nos docent,  
Nouatores istos & pseudoapostolos duplici  
nomine ab Apostolis reprehendi: uno, quod

A a 5 pacem

Nouatores ab Apostolis duplice nomine reprehensa.

Hæresis  
indoles  
propria.

Ephes.4.  
12.

Hæresis  
fons &  
causa.

pacem Ecclesiæ turbarent, & fidelium animos in fide iam firmos ac stabilitos, veluti destructo ædificio bene constituto, penitus subuerterent ac dilisparent: altero, quod absque mandato Apostolico ex suo solo cerebro talia attentarent. Naturam hæresis prius docet, fontem & causam posterius ostendit. Natura, indoles, & proprium hæresis malum est, ut pacem Ecclesiæ turba, animosque credentium euertat. Utuntur Apostoli verbo aptissimo ἀναγνεύσασι, quod hærenici interpretes vertut, labefactante, & ipse in primis Beza. Sed verbum Apostolicum id propriè notat quod noster interpres habet, euertente. Nam ut κατασκοπεῖν est construere, ædificare, in unum coaptare, quod proprium est veris Ecclesiæ Pastori bus datis in ædificationem corporis Christi; si ἀναγνεύσαι est ædificium destruere, dissolue re, in varias partes disrumpere, quod hæreticis magistris proprium est. Vnde & Aristoteles in Topicis, argumentorum loca quia ad rei confirmationem faciunt, vocat κατασκοπεία, que ad destructionem, ἀναγνεύσασι. Causa & fons hæresis est, quod ex proprio cerebro & sensu, absque mandato, missione, aut communi Ecclesiæ doctrina loquuntur. Ideo adiecerunt, quibus non mandauimus; & iterum, quidam ex nobis exeintes. Exire enim de societate & communione Pastorū Ecclesiæ, absque mandato aut commissione

aliorum

aliorum Pastorum docendi officium sibi  
sumere, origo & fons omnium hæresum  
est.

27. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vo-  
bis verbis referent eadem.

**A**lterum hoc est in literis Apostolicis  
notandum, quod mittunt suo decreto  
ad alias Ecclesias Iudam & Silam, qui verbis  
referent eadem, id est, qui ipsum Apostolicum  
decreum tradant, & eius sententiam expo-  
nant; non qui Concilij decretum exami-  
nen, aut alijs examinandum relinquant.  
Scribit Martinus Chemnitius, ut suum exa-  
men quod de Concilij Tridentini decretis  
superbissimus Censor fecit, aliquo honesto  
foco coloraret, ideo Iudam & Silam cum de-  
cretis Apostolicæ Synodi missos fuisse ad  
Ecclesiam Antiochenam, ut dignatum illi-  
rum rationes redderent, & verbo Dei confirmaret.  
Ita enim (inquit) Ecclesia certare reddi ur, se non  
hominum placita, sed ipsius Spiritus Sancti iudicium  
amplecti & sequi. At qui mandati Apostoli, qui  
quod Iudas & Silas acceperunt, fines hi-  
erant, ut verbis referrent eadem: quos fines il-  
los excessisse, nec Lucas in sequentibus me-  
morat, nec vlo modo credendum est. Ait  
quidem postea Lucas, Iudam & Silam, quoniam  
Prophetæ essent, verbo plurimo consolatos esse fra-  
tres & confirmasse; nempe fratres ipsos con-  
firmauerunt, non ipsum Concilij decretum.

Fratres

In Epist.  
dedic. 2.  
patt. Ex-  
am. ad  
March.  
Brandeb.

Chemni-  
tius Ex-  
aminis sui  
arrogan-  
tiam fru-  
stra tue-  
tur.